



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

2. De Emphyteusi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

stare; quanti ipsius interest, non posse uti frui reconducta, quodque migrare ante tempus conventionum fuerit coactus, l. Si tibi alienam 7. D. eod. nisi conductori aliam habitationem non minus commodam praesertim, l. Siquis domum 9. D. eod. Et ideo locator, volens predium locatum vendere, potest illud vendere ea lege ut emptor finat conductorem expiere tempus fixus conductoris, l. Si merces 25. § qui fundum D. eod.

4. Contraria, conductor praeidii tenetur statim temporibus pensionem seu mercedem solvere. Cujus tamen subinde facienda est remissio: veluti si sine culpa conductoris seu casu fortuito, vel vitio rei contigerit sterilitas, que cum ubertate praecedentis vel sequentis anni, ubi plurium annorum est locatio, compensari non possit, c. Proprietas sterilitatem hoc sit, velut si vel tempestate, vel luce aliqua, vel hostium incursu seferes vehementer corrupta fuerint. Modicam tamen sterilitatem ac modicum damnum aequo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non auferatur, d. l. Simores 25. §. vis major D. eod. Neque enim ob magnam anni sequentis ubertatem, ageri pensionem oportet, Cast. ad d. §. vis major. Ratio autem, cur locator pensionem remittere pro rata damni debeat, casu fortuito dati, cum casus fortuitus a neutro contrahente sit praestans, est, quia casus iste seu sterilitas contingit in ipsa re locatoris, nempe in fructibus adhuc pendentibus; quorum est dominus, cum sint pars fundi: ideoque casum illum ferre ipse debet, juxta l. Pignus Cod. de Pignoribus, Aliud proinde esset, si fructus a colono percepti, & in horreum conjecti pereant aut perierint, l. Damnum 12. Cod. hoc sit.

5. Observandum autem hic, Concil. Trident. §§. 25. cap. 11. omnes locationes, antiepatis solutionibus in praejudicium successorum, & quascumque locationes rerum Ecclesiasticarum in damnum Ecclesiae, contra Canonicas functiones factas, etiam si confirmatae sint a Sede Apostolica, decernere nullas & irritas.

6. Insuper notandum, successorem stare locatioi praedecessoris sui non teneri, quando sis nomine proprio & in suam utilitatem locavit fructus & redditus sive dignitatis, beneficii, vel officii, nisi in easu, quores non esset inter-

gra: ut si consili sint agri, si pendeant fructus vel inchoatus sit annus. Latè Riccius in Prax. Decis. 112. Vide varios citatos à Gallemanni ad d. ea 11. Cone. Trid.

Denique ex hoc quoque contractu dñz oruntur actiones: una, quæ dicitur ex loco vel locari, & datut locatori adversus conductorem: altera ex conducto vel conducti, quæ datur conductori adversus locatorum de quibus vide Welenb, D. h. t.

§. II.

De Emphyteusi.

1. Emphyteusis unde dicatur, & quid sit.
2. In quo distinguatur ab emptione-venditione, & locatione-conductione.
3. Emphyteuta amittit ius emphyteusis, si non solvit canonem.
4. Si item vendat rem non facta denuntiatione mino directio.
5. Cui proper alienationem solvit 50. pars pri-
tij seu laudem.

A D Tit. de locato retulit Pont. Emphyteusis ob maximam eius cum locatione-conductione affinitatem.

Emphyteusis Græcè idem valet, quod Implantatio seu Institutio: diciturque ager dati in emphyteusin, quando datur, ut conseruat se in fructibus, vel segetibus. Inde vero accommodatum est hoc nomen ad significandum contractum, quo res in emphyteusis datur.

1. Definiri itaque Emphyteusis potest, ut sit contractus juris civilis, bona fidei, quo scripta interveniente, fundus aliquis alteri fructus in plures annos, quam decim, aut in perpetuum traditur, ea lege, ut cum meliorem, fructuosemque seddat, sub onere annuae pensionis, tradenti seu domino directo solvenda.

Est autem contractus, hic veluti medius inter emptione-venditionem & locatione-conductione: adeo, ut cum olim dubitatur, esse nec emptione-venditione, aut vero locatione-conductio, ob similitudinem, quam cum illis haberet, tandem Zeno Imperator distinctum & specialem contractum fecerit.

2. Differt ab emptione-venditione, quod in emphyteusis non transferatur dominium directum, ut in venditione: à locatione vero,

quid non tantum usus, sed etiam utile dominum transferatur; directo manente apud dominum. In ejus directi dominii recognitionem cum emphyteuta solvat canonem seu pensionem annuum, non autem in compensationem fructuum, quos ex fundo percipit, ut condutus mercedem solvit; ideo propter sterilitatem non sit item missio, sicut si conductor in eis posset emponemata sive meliorationes, quas fieri in fundum emphyteucum, alteri vendere, nisi cum consensu domini, a quo cum in emphyteusa accepit. Cum enim si directus dominus, nec interlit emphyteutam a quo pretium meliorationum accipiat, an a domino directo, an vero ab alio, merito praefertur cui libet alteri. Et ad hoc, ut secum deliberet, an eas velit enire, an non, habet spatium duorum mensium, &c. Potius h. t. l. 3. Cod. De jure emphyteuti.

3. Id quoque receptum est in emphyteusi, ut emphyteuta, solutionem canonis ultra biennium protractens, emphyteusum Ecclesiastam amitterat, nisi celeri satisfactione moram solverit, canonis purgaverit, d. e. Potius h. s. f. Idque etiam tametsi ei, ut canonem solveret, non fuerit nuntiatum, quia hoc eas uides pro homine interpellat. Civilis vero amitterit, si per triennium cessaverit: nec in hac viderit posse mora postmodum oblatione purgari, quia longius tempus hic praestitum merito loco purgatio nescierit.

4. Similiter excedit emphyteuta iure suo, si emphyteusum vendiderit nulla denuntiatione facta domino directo, aut facta quidem, sed non expectato termino duorum mensium, qui domino conceduntur ad deliberandum, num velit oblatu pretio emphyteusum recipere ad se, d. e. Potius h. d. l. 3. C. De jure emphyt.

5. Ceterum quando emphyteusum ex consenso domini alienatur, solvitur ei quinquagesima pars pretii, d. l. 3. quae pars vocari solet Laudemium. Videatur Julius Clarus h. emphe- tensis qu. 23. p. 25. & Georgius Frantekius Tract. singulari de Laudemis.

•S(0)S•

TITULUS XIX.

De rerum permutatione.

1. Definitio permutationis.
2. Quae res permuntari possint.
3. 4. Permutari possunt beneficia cum beneficio auctoritate superiorie.
5. Dummmodo alias etiam concurrant.
6. Est nihil admisceatur temporale.

Prostequam Pont. egit de nonnullis contrahibus nominatis, aliquid etiam subjicit de innominatis, & nominatis de permutatione. Quod nomen licet videatur proprium, tamen generale est, nec significat aliquam certam speciem contractus, quandoquidem quilibet contractus, in quo aliquid ultrò citroque præstat, permutatio quædam sit: nam in operatione res vendita vere permutatur cum pretio; in locatione merces cum opera; & sic de ceteris. Hic autem sumitur specialiter, prout distinguitur ab aliis contractibus.

1. Quo pacto definiti potest contractus Iuris gentium, in nominitus, bona fidei, re & consensu constans, in quo certa species cum alia certa specie commutatur. Nam si genus cum genere vel specie commutetur, existimant quidam esse contractum Do ut des, ex quo oritur actio stricti juris, cum ex permutatione oriatur actio bona fidei.

2. Possunt autem permutari omnes certæ species, quæ sunt in commercio hominum, modò permutantium sint, nec permutari prohibeantur: non tantum res corporales cum corporalibus, sed etiam corporales cum incorporalibus; dummodo merè temporales sint, ut v. g. fundus cum annua pensione permutari possint.

3. Dico, dummodo merè temporales sint: nam temporalia cum spiritualibus absque simonia labore permutari non possunt, sed bene spiritualia cum spiritualibus, ut beneficia cum beneficiis inter personas idoureas, auctoritate ramen superioris, &c. Quæsumus 5. e. At questiones 6. hoc sit.